Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Non solũ iubetur terra semp ferre herbã feni. sed & semp ferre. ut semp fructũ possit ad ferre. Et non solũ lignũ fructiferũ. sed & faciens semẽ. cuius semẽ in ipso e secundũ genus. Idest ut semp ex his seminib; quae in se habe & fructũ possit ad ferre. Et nos ergo ita debemus & fructificare fructũ & semina habere in nobis ipsis. Idest omniũ bonorũ operũ omniũq; uirtutũ semina in corde nro cõdere. ut haec habentes fixa in mẽtib; nris. ex ipsis ia omnes actus. qui in currerint nobis secundũ iustitiã geramus. Ista sunt enim seminis illius fructus actus nri. qui ex bono cordis nri thesauro proferuntur. Si uero audimus quidem uerbũ. & ex audito stata terra nra produxerit herbã. & haec herba antequã ad maturitatẽ uel ad fructũ uenicã aruerit terra nra. pabrosa appellabitur. Si uero aequae dicuntur profundioribus nitantur in corde nro radicib' ita ut fructũ operũ ad ferant. & semina in se habeant futuro rũ. Tunc uero uniuscuiusq: nrm terra secundũ uirtutẽ suam ad fert fructũ. Alia centesimũ. Alia sexagesimũ. Alia tricesimũ; Sed illud ad monendum necessario duximus. ut fructus nri. numquã zizania Idest nusquã lolium habeat. Ut fructus nri. non sit seiunctus. sed in ipsa uita. & in illa quae dicit. ego sũ uita